f. 1

[illegible] uiui;
illi absorti qui a mortui. illi autem qui absorti mor-
tui; Non enim absorti uiuere potuerint; quam uiui
[illegible] habere. Ergo hoc est uox martyrum; A timo-
re inimici eripe animam meam. Non ut me occidat
inimicus. sed ut non timeam occidentem inimicum; hoc
orat impleri in se implere seruus: quomodo iubebat
in euangelio dominus. Quemadmodum iubebat dominus? Nolite
timere eos qui corpus occidunt. animam autem non pos-
sunt occidere. sed eum potius timete. qui habet po-
testatem et animam et corpus occidere in gehennam ig-
nis. Et repetiuit; Ita dico uobis eum timete. Qui sunt
qui corpus occidunt? inimici; Quid iubet dominus? ne
timeantur. Oretur ergo ut praestet quod iubet. A ti-
more inimici eripe animam meam. Eripe a timore
inimici. et subde timori tuo. Non timeam eum
qui corpus occidit. sed timeam eum qui habet potes-
tatem et corpus et animam occidere in gehennam
ignis. Non enim a timore uolo esse immunis [illegible]
[illegible] sub timore domini seruiuit

23

Cod A 94 (23)

gehört mit Nr. 22
zu Cod. 164 !

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.23, 1r – Augustinus, Enarrationes in Psalmos; Biblia latina (Vulgata), Lamentationes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-1exa/5151/49321)